Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



iudeos: si abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem
que dicitur effrem: & ibi morabatur cum discipulis suis. S atto
Et dixit. Dixerunt impii iudei ad inuicem. Venite: cogi Jeremie
temus ora iustum cogitationes. Non enim peribit lex a sacer Phe
dote: neq; consilium a sapiente: nec sermo a prpha. Venite &
percutiamus eum in lingua: & ne adtendamus ad uniuersos
sermones eius. Attende domine ad me: & audi uoces aduersa
rioru meoru. Numquid reddit pro bono malum: quia fo
derunt foueam anime mee. Recordare qd steterim in
aspectu tuo ut loquerer pro eis bonum: & auerterem indi
gnatione tua ab eis. Propterea da filios eoru in famem.
& deduc eos in manus gladii. fiant uxores eoru absq; li
beris & uidue: & uiri eoru interficiantur morte. Iuuenes eoru
interfecantur gladio in prlio. audiatur clamor de domib;
eoru. Adduces enim super eos latrones repentine: quia fouerunt
fouea ut capiant me: & laqueos absconderunt pedib;
meis. Tu autem domine scis omne consilium eoru aduersum me
in mortem. Ne ppicieris iniquitati eoru & peccatum eoru
a facie tua non deleatur: fiant corruentes in aspectu tuo in
tempore furoris tui domine ds nr. Secm Johanneu
Et illo t. Dixit ihs turbis iudeoru. Am am dico uob nisi
manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sangui
nem: non habebitis uitam in uob. Qui manducat meam carnem
nem. & bibit meum sanguinem: habet uitam eternam. Et ego
resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea uere
cibus est. & sanguis meus uere est pot. Qui manducat meam
carnem. & bibit meum sanguinem in me manet. & ego in
illo. Sicut misit me uiuens pater. & ego uiuo propter patrem